

pōna greca est δίκη, id est causa forensis, que apud iudicem agitur, lis, actio, iudicium, ius, sententia, pōna, item iusta vindicta; unde δίκη et poēta Iugurtha esse dea iudiciorum, inde dicta, quoniam iuste lites dirimunt, et santes puniunt; hinc dicitur esse virgo, quia justitia et vindicta pura debet esse et integrum; unde Hesiodus: « Virgo iusta, inquit, prognata est Jove. » Hoc ullimum significatum huic loco est aptissimum, q. d. δίκη, id est vindicta divina per idolatras, perjurios et sceleratos parambulat, ut eos comprehendat ac pro meritis feriat et plectat, sicut pritor forum parambulat, ut fures capiat et suspendat; hinc Deus dixit Caino fratricidam: « Nonne si bene egeris recipies, sin autem male, statim in foribus peccatum aderit. » id est pacatum ultimo, velut fieri per perseguere et plectere; unde Vatabulus hoc loco verit, non enim eorum (idolorum) per quos juratum est potentia, sed ultrix peccatorum iustitia, prave factorum panus ab iniustis semper exigit: sic et Cantacuzenus, Jansenius et alii. Hinc pro perambulat, grece est, ιατίζειν, id est, ut Budanus in Comment. ling. græc. p. 99, percursat, invadit, infestat, populatur, in jus rapit, iudicat et ulciscitur.

Porro solet vindicta Dei maxime persecuti perjuros, utpote lesi Numini et nominis divini reos: hinc qui S. Antonium in testem invocando falsum jurant, solent ab eo sacro igne feriri.

Olim in causa dubia reos mittebant ad orationem S. Stephani, ut si juramento de crimen obiecto purgarent; ac si pejerantur, illico ecclésias castigabantur: sed ex Oratorio S. Martini scribit Gregorius Turonensis, lib. VIII Hist. cap. XVI, ubi inter alia narrat, incendiarii quendam incendiaria a se commissum negantem, et pejerantem in aede S. Martini ultricibus et cælo flammis fuisse absumentum. Idem fiebat in Oratorio S. Processi et Martiniani, do quibus ait S. Gregorius, hom. 32 in Evang.: « Ad existimam eorum corpora viventes ergi veniunt et sanantur, perjuri veniant et a demonio vexantur. » Et in Oratorio S. Felicis Nolensis, ad cuius Ecclesiam S. Augustinus, ut ipse refert epist. 137 ad Hippion., misit Bonifacium presbyterorum de criminis accusatum, ut se ibi per juramentum purgaret; et si reus esset, per solitam Dei vindictam se proderet. Additum S. Augustinus: « Nos novimus Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter et terribiliter demones confitentes, furem quendam, qui ad ejus locum venerat, ut falsum jurando desiperet, compulsum fuisse conflixi furium, et quod abstulerat redire. » Tale quoque fuit Oratorium S. Apollinaris Ravennae, ubi Maximus de simone crimen per juramentum se pargavit, teste S. Gregorio, lib. VII, epist. 7 et seq.; ac super omnes Basilicae S. Petri, supra cujus corpus iuramento se purgare solebant episcopi sceleris accusati, teste S. Gregorio, lib. II, epist. 23, et lib. II, epist. 8. Idem experti sunt gentiles per idola sua iurant.

tes: unde Hesiodus in lib. II Ergis, vers. 38, Quintas (dies cuiusque mensis), ait, vito quia δίκηes et graves.
In quibus enim audent furia obambulare Juramentum vindicantes, quod contentio genuit demum perjuris,

Et Tibullus:

Ab miser, et si quis primo perjuria celat,
Magna tamen tacitis pena venit pedibus.

Vix exempla? accipe. Cleomenes, cum Argivis septem dierum pepergit iudicium additio iurando: nocte deinde terrena eis invasit multoisque occidit dicens, se pactum de diebus non de noctibus fecerat: ultro eum secuta est, nam et urbe, cuius gratia violarunt conventa, frustratis est, eo quod mulieres detractis et tempili deorum armis illuminata sunt: perinde quasi dī ipsi, quos contempserat penas de ipso sumebantur. Postremo versus in dementiam, ipse sibi gladiole quodam fodit et incidit corpus a talis usque ad loca vilia, itaque vitam finit ridens et ore dilatato. Agosilas barbaros qui iuris iurandi religione violassent laudare ne probare solebat dicens, filios nulla re magis Deos sibi infestos reddere, quam si sacrosanctum iuramentum temere violarent: ita Elianus, lib. XIV in Syria hist. Pericles Atheniensis amico roganti, uero pro se falsum dicent testimonium, cui adjunctum erat iurisperendum, hoc est perjurium, respondit: Se quidem amicum esse, sed usque ad aram; sentiens aliquippe significandum amicis, sed circa iuramenti violationem. Denique S. Augustinus, lib. I De Cœti, cap. xv, celebrat nobilissimum exemplum M. Attili Reguli, qui captivus apud Carthaginenses ubi missus est Romanum, ut agetur cum sensibili de communandi usq[ue]nq[ue] captiuis, prius prestito per Deos juramento, nō id impetraret se ad eos redditum. Cumque id non impetraret, imo ipse senatus hanc communionem disuaderet, ut iuramenti fidem servaret, ad Carthaginenses reddit, etiamensi scire se ab iis excarnificandum, ut et factum est. Additum S. Augustinus alterum de Saguntinis in Hispania exemplum, qui ut fides Romanis iurata servaret, vivi cremeri maluerunt, auctor urbem dedere Carthaginensis.

Ex hisce omnibus, discere quanta reverentia nomini divino sit adhibenda, quamque veraciter, parce et circumspete Deus sit nominandus, et in testem invocandus: quod enim nominis divino defertur, hoc Deo ipsi cuius est nomen deferunt. Unde Jeremias, cap. x, vers. 6: « Non est, inquit, similis tul. Domine: magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timbit, o rex gentium? » Et Daniel, cap. iii, vers. 52: « Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula; et benedictum nomen glorie tua, sancta-

tum et laudabile et superexaltatum in omnibus sanctis. » Et Eccli. cap. XXXIX, vers. 19: « Benedicte hominum in operibus suis, date nomini eius mirabilia solus, et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum, et replebitur magestate eius omnis terra, fiat fiat. »

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Prosequitur insectari idola et eorum figulos, sive idoloplastes; igitur initio gratias agit Deo, quod Israelitas ab idolatria puros castosque in sui fide et cultu conservarit; deinde vanitatem et fallaciam idolorum ex ipsis eorum figulis coarctat.

1. Tu autem, Deus noster, suavis et verus es, patiens, et in misericordia disponens omnia. 2. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati. 3. Nosse enim te, consummata justitia est: et sciare justitiam, et virtutem tuam, radix est immortalitatis. 4. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excoigitatio, nec umbra pictura labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, 5. cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, et diligere mortuæ imaginis effigiem sine anima. 6. Malorum amatores, digni sunt qui spem habent in talibus, et qui faciunt illos, et qui colunt. 7. Sed et figulus mollem terram premens, laboriose fingit ad usum nostrum unumquodque vas, et de eodem luto fingit quæ mundæ sunt in usum vasa, et similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit unus, judex est figurulus. 8. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, et post pusillum reducit se, unde acceptus est, repeditus anima debitum quam habebat. 9. Sed cura est illi, non quia laboratnus est, nec quoniam brevis illi vita est, sed concertatur aurificibus et argenteriis: sed et ariarios imitatur, et gloriam praefert, quoniam res supervacuas fingit. 10. Cuius est enim cor eius, et terra supervacua spes illius, et into vilius vita eius: 11. quoniam ignoravit qui se fixit, et qui inspiravit illi animam qui operatur, et qui insufflavit ei spiritum vitalem. 12. Sed et astinuaverunt lumen esse vitam nostram, et conversationem vita compositam ad lucrum, et oportere undecimque etiam ex malo acquirere. 13. Hie enim videt se super omnes delinquare, qui ex terra materia fragilia vasa, et sculptilia fingit. 14. Omnes enim insipientes, et infelices supra modum animæ superbi, sunt inimici populi tui, et imperantes illi: 15. quoniam omnia idola nationum deoq[ue] astimaverunt, quibus neque oculorum usus est ad videndum, neque naris ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. 16. Homo enim fecit illos: et qui spiritus mutuatus est, est fixitus illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere. 17. Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manus iniquis. Melior enim est ipse hic quis solit, quia ipse quidem vixit, cum esset mortaliss, illi autem nunquam. 18. Sed et animalia miserrima colant: insensata enim comparata his, illis sunt deterioria. 19. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem Dei laudem, et benedictionem eius.

4. TU AUTEM, DEUS NOSTER, SUAVIS ET VERUS ES, bernes omnia. Pro suavis, grece est, ψευστής, id est bonus, benignus, p̄f̄t̄us, humanus, bellus ad gratificandum, comodus, clemens; item utilis, fructuosus, officiosus, egregius, strenuus: talis

tui Christus, id est *Christus noster*, qui proinde a gentilibus vocabatur *Xp̄n*, id est *Cristus*, et christiani vocabantur *christiani*, quia erant benigni et benefici omnibus. Sensus est, q. d. Idololatras colunt deos inutiles, immo maleficos: tales enim sunt demones, qui a magis invocati exilium opem prestant, ut eisdem majorem noxam, tum in corpore, tum in animo inferant; at Deus noster est utilissimus, eque ac benevolentissimus et beneficissimus, qui nos omnibus bonis emulatur: gratularum ergo nobis de tali Deo optimo maximo, quodque non a diis pessimis liberari potest: ita Cantacuzenus, qui notat esse antithesis inter Deum et diola, qualiter assignavi.

TI AUTEM DEUS NOSTER, SUAVIS ET VERUS ES, PATENS ET IN MISERICORDIA DISPOSNDS OMNIA. — *Noster* non sola creatione, sic enim et idololatrarum et infidelium Deus; sed et vocazione, religione, et cultu: ad tamen enim fidem et cultum nos Israelites in omnibus gentibus vocasti et tibi diligisti. *Vetus*, q. d. Idola sunt dii falsi, ideoque mendaces et fallaces, unde consuli fallunt, et quoniam promittunt, opere non prestant; at Deus noster est Deus verus, ideoque verax et fidelis, unde nulli valle ferre nequit, sed quaeunque dicunt verissima sunt, et quaeunque pollicentur fidelissime adimplent. *Patens*, gracie *xxvii*; id est *longanimitas*, longa patientia multaque tolerantia pollens, non statim ad iram conciterat et ad vindictam proasilas, brutaque iactes fulmina, sed patienter offensas toleres, ut hac patientia et misericordia provokes peccantes ad penitentiam ut superius dictum est; unde sequitur: « *Tenim si peccaverimus, etc.* »: longanimitati enim opponitur precepis ira, impatientia et vindicta, qua pleni sunt demones, ideoque furunt, et leves sunt neglectus graviter ulciscuntur, ac idololatras et magos, minus sibi obsequentes, pessime accipiunt et implacant. Nota hic quatuor doles Dei in gubernando, *prinam*, benignitatem et suavitatem; *secundam*, veritatem et fidelitatem; *tertiam*, longanimitatem et patientiam; *quartam*, misericordiam et clementiam: hasce a Deo discant et poscent reges, rectores et gubernatores.

2. ETENIM SI PECCAVERIMUS, TUI SUMUS, SCIENTES MAGNITUDINEM TUAM; — gracie, *xxviii*; id est *robur, vim et potentiam tuam*, uti legit S. Augustinus, lib. *De Fide et Operib. cap. xxii*, qua scilicet potes nos punire, cum idola si facere nequent, ut dixit in fine capituli precedentis, quia quoque potes nobis peccata condonare, ut ostenderet in gratia et misericordia non minus, ac in vi et robo esse potentem, magnificum, liberaliem et divitem, uti Apostolus ait, *Rom. x, 12*, et alibi: summa enim potestio est peccata remittere, uti superius ostendi. Sensus ergo est, primo, q. d. Idololatras intrepide pejerant et peccant, quia non timent idola sua muta et bruta, sciunt enim illa non possunt perjurium, aliaque sceleram; et nos fideles tui, o Domine, si ex fragilitate pec-

caverimus, sive venialiter, sive etiam lethale, profiteremus ingenue, quod non possimus te effugere, ut putabant idololatras effugere se posse deos suos, quia tui sumus, quoque dominum subiecti, et scimus summam tuam potentiam, quia nos punire potes quocumque tandem fegerimus, alter quam idola imbecilla et impotentia: *xxx*, ut ait David, *Psalm. xxxviii*, 8: « Si ascendero in colum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumpsero pennas meas dilucido, et habitavero in extremis maris, clementi ille manus tu dedecet me, et tenebit dextera tua. » *Etsi peccaverimus, tui sumus*, quoniam scilicet bonum et magnum Deum habemus, qui velit atque possit penitentium peccata sanare, non qui nequaquam audeat permanentes in malignitate disperdere, unde subtil, *scientes potentiam tuam*, cui se subtrahere nequant aut oscultare peccator: ita S. Augustinus loco jam citato, qui proinde recte monet peccatorum non debere sibi blandiri de securitate, cogitando se esse Dei.

Moraliter, *si peccaverimus, tui sumus*: *tui* per penitentiam, confessionem, castigationem; *tui* per contritionem et charitatem, uti fuit S. Magdalena, de qua S. Paulinus, epist. ad *Sherburn*: « Non ingument in illa Dominus, sed charitatem dilexit, qua pudenter impudies et pie improbus, sine approbri et repulso mali, extraeam sibi dominum Pharisael non invitata, illi via petulans penetravit, qua rupit regnum celorum: et tantum verbis celestis esurians, non ad opes illius, sed ad pedes Christi concurrit, sequi in illis ablit et obivit; atque ipsos sibi pedes sacram, ut ibi dixerim, et altare constituit, in quibus libavit flent, libavit ungue, sacrificavit afflato. » Peccatum ergo est *Dei*, quia per contritionem amat Deum, illigat se dicat et conservat; unde vicious a Deo in gloriam, amorem, et favorem pristinum recipitur. *Sic de genibus a diis ad Deum per Christum convertendis*, sit *Isaias cap. xlii*, 5: « Iste dicit: Domini ego sum; et ille vocabit in nomine Jacob: et hoc nominetur manu sua, Dominus: » et David, *Psalm. cxviii*, 94: « Tunc ego sum, ait, salvum me fac: quoniam justifications tuas exquisivi. »

Et si non peccaverimus, scimus quoniam aperte sumus computati. — *Primo*, S. Augustinus legit *deputati*; gracie, *tui clementia*, hoc est, si non peccamus magis tibi chari, magisque tibi cordi et cura sumus: tu enim justus et innocentes quasi amicos, immo filios tibi dilectissimos pro toto mundo amas, protegis, diriges, promoves ad salutem et gloriam omneque bonum. Si ergo peccavimus, *tui sumus per potentiam*, quia in manus potestis justitiae, tue incurrimus; si non peccavimus, *tui sumus per gratiam et adoptionem*; si vero peccavimus, sive non peccavimus, *tui sumus*: tu enim es Dominus Deus noster, cuius manus effugere non possumus, sed in eas incidimus quidquid agamus. Legit Vulgatus in greco *et*, id est

et, *jam illud deest in greco*, qui proinde sic habet, *non peccaverimus autem, cum sciamus nos tibi astimatos*, vel libi curr si in pretio esse: *hoc enim maxime quoniamlibet nostrum a peccato avocare debet, quod sciamus nos Deo cure, charos, et in pretio esse*, ac a *tempore inchoato saltēm praedestinatos*, ut simus sui filii et heredes, ac coheredes Christi. Deus enim omnes fideles et justos destinavit ad gloriam, itaque inchoato eos praedestinavit. Ita S. Augustinus, *De Fide et Operib. cap. xxxi*, qui legit in præterito, *non peccaverimus*, ut correxerunt Lovanienses, licet contextus exigere videatur *non peccaverimus*, ut habent Greco: quis enim cogitans se in Dei amorem, familiam et familiaritatem adscriptum peccare audeat, ut tantum bonum pro vili cupiditate vendit et prodigidat? quis serio reputans se a Deo electum et vocalum ad tantam gloriam et gloriam, non contendat totis virtibus digna vocatio tanta vivere, ut dignum se colvi civem et angelorum socium existimat? quis digno cogitans habitationem apud Deum, in qua omnes predestinatione sunt determinati, qui secundum propostum vocati sunt, non emulatur illa vivere, ut tali habitatione congruat? » ita S. Augustinus loco citato. *Secondo* et magis genuine, noster a Castro: *Videtur, inquit, Salomon loqui de populi electione præ aliis populis (non de predestinatione), de qua Moyses, Deuter. xxxxi, 8: « Quando dividebit Altissimum gentes, quando separabit filios Adam, constitutus terminos populorum justa numerum filiorum Israel. Pars autem Domini populus ejus: Jacob funiebus hereditatis ejus. » Hic igitur cognitio et persuasio, quod sumus de numero populi Dei, et quod sumus adscripti in catalogum fidelium ejus, maxime nos confitit aut continuere debet in omni pudore ac timore, ne peccamus, et eo magis quo magis in eius familiaritatem insinuamus. *Favet grecum λεπτηρια, id est tuis rationibus adscripti sumus*, tuo computu assignati, tibi computati: λεπτηρια enim est verbum arithmeticum, et mercatorum computatus designat.*

Vita. 3.

Vita.

Vita.</

COMMENTARIA IN SAPIENTIAM, CAP. XV.

voeas sunt post excidium Babylonis, cap. xvii, 8 et seq.; et cap. xi, vers. 17; et cap. xiv, vers. 7. Antisthrophe Salomon est gnome Jeremie, cap. ix, vers. 3: « Non glorietur Sapiens in sapientia sua, et non gloriatur fortis in fortitudine sua, et non gloriatur dives in divitius suis: sed in hoc gloriatur sciens nosse me. »

Anagogie, nosse Deum per visionem beatitudinem est perfecta iustitia, perfecta, inquam, in gratia et gloria, ideoque confirmata, ut in eternum beatus nulla tentatione, nullo casu ab ea excidere queat: ita Hugo, qui tamen minus recte addit, per Deum intelligi Patrem, q. d. Deum Filium agnoscimus in incarnatione, Spiritum Sanctum in Pentecoste, dum apparuit in linguis igneis; item in baptismo Christi, dum apparuit in specie columbus; at Deum Patrem simili symbolo non cognoscimus in hac vita, sed cognoscemus in futura; unde tunc erit perfecta Dei cognitio, amor et iustitia, hoc enim alienum est a mente et scopo sapientis; hoc etiam non est verum: nam Pater apparet in Veteri Testamento, aequa ac Spiritus Sanctus, cum tres angeli apparuerunt Abraham representantes tres personas divinas; item in baptismo Christi, vox Patris intonuit, Matth. iii, 47: « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; » eadem vox Patris audit: est in transfiguratione Christi, Matth. xvii, 5.

4. NON ENIUS IN ERRORUM INDEXIS NOS HOMINUM MALE ARTIS EXCOLGATI, NEC UMBRA PICTURA, LABOR SINE FRUCTU, EFFIGIES SCULPTA PER VARIORES COLORES. — Gratias habet Deus, quod non fuerit ipse quaque in eorum numero, qui falsa numina venerantur, ac fictis decipiuntur imaginibus; sed loquitur Sapientis in persona totius Israelis sive corporis fidelis, p. i. justi et sancti: et si enim multi, immo longe major pars in Israele esset injusta, et in statu peccati mortalis, tamen totus populus vocatur *justus et sanctus*, tunc quia vocatur erat a Deo ad iustitiam, tum quia populus hic era prospersa et posteritas Abrah. Isaiae et Jacob, qui vere erant sancti: erant ergo sancti, id est sanctorum patriarcharum filii; tum d. « Rique quae multa in populo erant justi. Simili sensu dictu Ecclesiae sancta, et Apostolus omnes fideles initio epistolam suarum vocat *santos*, ut ibi dixi.

MALE ARTIS EXCOLGATIO. — Puta ars sculptoria et pictoria pulchritudin simulacrorum et idolorum, quae mala dicuntur, quia alicui ex ea colendum et adorandum, grec. *κακά*; *τέλεια*, id est *maleola*, malefica, maligna: item *dolosa*, adulterina, perniciosa et ad exitum hominum comparata, ars sculptoria idolorum *adveniens*; *Vatabulus*, *insidiosus inventus*; *Jansenius*, *maligna adveniens*, qua scilicet per elegantiam, sculptura idolorum, rudes incitantur ad idola velut numina colendum; noster a Castro *κακά*; *ad verbum ex etymo veritatis, malum texus, malum moles*, aut mali artifex *excolgatio*, q. d. Intercessora beneficia, quibus cumulasti populum

tum, illud extimum est, quod a fallacibus ac perniciose hominum inventis conservasti eum, qui contra Dei legem multa excoxitant, multaque constituent.

NEC UMBRA PICTURA: — Legit interpres cum Origenes, Regis et alii per diastolem duas dictio[n]ibus, *οὐρα πίεσσων*, id est *umbra pictura*; jam Vaticani per systolen legunt planius et clarius una dictio *πίεσσων*, id est *adumbrans*, idque nequant sequenti, *τέλος sine fructu*, q. d. Non decepit nos pictorum, qui pingendo res adumbrant et assimilant, labor infructuosus; sed eodem redit sensus. Vocatur *umbra pictura* ipsa adumbrans, vel umbrosa, idque *primo*, quia igit[ur] origo pictura est umbra: nam prima, naturalis corporis effigies sive imago, est ipsa eius umbra; unde ex umbra didicerunt homine, pingere, et pingendo adumbrare: quoicunque Quintilianus lib. X: « Non esset, ait, pictura, nisi quo lineaes extreimas umbra, quam corpora in sole fecissent, circumscriberet. » Hinc prima pictura fuerunt mercede linearum corporis depicti delineaciones, sive circumscriptiones: audi Plinius, lib. XXXV, cap. vi: « Greci, inquit, ali si Scyphio, ali apud Corinthios repertam (picturam) affirmant, omnes umbras hominis linea circumdata; itaque talem primam fuisse (qualem etiam Romae in priscis operibus certum), secundum singulis coloribus et monachromaton, id est *unicolorum* dictam. » Terter successus ex variis coloribus et polychromatos, id est *multicolor*. Pergit Plinius: « Inventum linearum dicunt a Philocle Egypcio, vel Cleante Coriatio, eti. Primus inventus colorata testa (ut fertur) tria Cleophasius Corinthius, » idem, lib. XXXV, cap. v: « Utraque (scilicet ars statuaria et pictoria) cum Phidias copit 83 Olympiade, post annos circiter 332, » ex quo copit ars sculptoria vel sculptricia in marmore. Secundo, quia in pictura magna artis est bene pingere umbras: per illos enim representantur rerum altitudines, profundities, montes et valles, distantes et intervalla. Sane vidi Romae per umbras in paristibus alternatas, ita ad vivum hec representari, ut quemlibet intuentem dubium reddenter, an vere in pariete foret ista eminentia et profunditas, an vero per picturam et artem tantum esset efficit et adumbrata; unde ipsa pictura vocatur *adumbratio*, et pingere *adumbrare*; ac *κακά* appellantur, qui lineaemata umbras inducent, quibus ea que plana sunt, in pictura eminere videantur.

EFFIGIES SCULPTA PER VARIORES COLORES. — Pro *effigies*, grec. est *ἀρέσκει*, id est *forma*, species, figura, unde diminutivum *ἀρέσκειν*, id est *idolum*, q. d. diminuta figura, exilia forma, species parva et contracta, deculus, parvus deus, exiguum numen. Pro *sculptia*, grec. est *μούσα*, id est *maculata*, id est variegata varis coloribus: *macula* enim vocatur, tum nota, quibus pictores solent imagines et picturas distinguere et illustrare; tum

Origens
pictura
lauta
umbra

COMMENTARIA IN SAPIENTIAM, CAP. XV.

colorum variegationes; unde Seneca, epist. 116: « Delectant nos, inquit, ingenium maculae colorum; » addi, Sapiens haec voce suggesta idola quasi coloribus, non tam depicta, quam maculata et sordidata sint, ut ex in odium adducatur, tum quia coloris ipsi in se sordidi sunt et maculosi; tum quia si Deum species, utique idola haec Dei coloribus depicta, *maculata* dici debent, Deum enim, qui merus est spiritus, ideoque coloris expers, terrestribus fedisque coloribus picturæ insificant et maculant, adeoque Deum exhibent non spiritalem, sed corpoream et coloratum. Noster profundus *κακόν* veritatis, *sculpi*, tum in immutata prisa idola fuisse statua affabre exceptulas, quae deinde variis coloribus pingebantur; tum quia ipsa coloratio et pictura per catachesin vocatur *sculpi*: pictor enim pingendo rem varia coloribus, nunc albanticibus et claris, nunc nigritanticibus et obscuris, presertim dum illi rerum eminentias vel profunditas, sive montes et valles representant (unde et grecum *κακόν* non tantum *macula*, sed et *entinxis* resque eminentes, ut sunt rupes, scopuli, insulae in mari, significat) rem ipsam quasi exceptul, ut videre est in vitro affabre exceptis; hinc idola quilibet, etiam explicita dantur, vocantur *sculpi* in Scripturis, ut Exod. xx, 4: « Non facies tibi sculpi, » id est idolum; Psalm. cxv, 19: « Et adoraverunt sculpi; » Isai. xlii, 17: « Qui confidunt in sculpi, » et passim euangelii prophetas.

PER VARIORES COLORES. — Greci, κακά, *πολλάκις*, id est coloribus variis et distinctis, varie dispositis et distributis, mira enim in idolis colorum variegata, rudit populi oculos in admirationem, indeque in cultum et venerationem rapiebat; unde sequitur:

5. CUIUS ATRACTUS INSENSATO DAT CONCUPISCIAM, ET DILIGIT MORTALE IMAGINES EFFIGIEN SINE ANIMA. — Greci *ἀνάγνωστος*, id est sine spiritu et respiratione, id est inanimatus et mortuus. *Cujus* scilicet effigiei sculpta, hoc est idoli. Greci habent in plurali *τέλεια*, id est *quarum* scilicet colorum aspectus, eodem sensu. Pro *concupiscentiam* greci est, *πρώτη*, *τελεῖα*, id est in appetitu, in oratione, in concupiscentiam: ita Complutenses et Regi, hoc Vaticani legant, *τέλεια*, id est in *opprobrium*, q. d. Aspectus et cultus idolorum coloribus vertitur in probrum. *Sensus Vulgate* est, q. d. Effigies idoli coloribus variegata et ornata, irritat rudium concupiscentiam et appetitum, ut *sculpi* et *adumbrans* simulacrum tam elegans pulchritudine coloratum adamant, colant et venerantur. Secundo, apposite ad Grecia nostra Pineda in Job. cap. xl, vers. 16, num. 1, per *concupiscentiam* accipit libidinem, q. d. Demones in idolo latentes, homines idolum, forma masculi aut feminae pulchritudinem et coloratum, intuentes, excitant ad turpem concupiscentiam luxuriam, ut etiam turpi amore diligant ipsum idoli imaginem mortuam et inan-

579

mem, ut Pygmalio rex Cypri, teste Arnobio; lib. VI *Contra Gentes*, idolum Veneris adamat, ut feminam, ac cum eo, quasi cum femina amplexus, oscula, aliquo libidinoso gestus tacitus exercet. Simile alterius exemplum narrat Plinius, lib. XXXVI, cap. v. Hinc idolatria in Scripturis vocatur *fornicatio*, non solum mystica, sed et realis, quia juxta templo idolorum erant fornices et meretrices, cum quibus advenia scortabantur: sieque Pineda explicat illud Job. xl, 16: « Sub umbra dormit, » id est, sub idolo, inquit, latet demon, qui proinde vocatur *haec*, id est maritus excitans ad turpem sui amorem: Unde pro *diligit*, grec. est *τέλεια*, id est desiderat, concupiscent.

6. MALORUM AMATORES, DIGNI SUNT (addunt Lyra-dus, Hugo, Dionysius, morte, sed *τοις μέρεσι* deinde cum Romanis et Grecis) QUI SPEM HABEANT IN TALIBUS (perpetram aliqui legunt in *tubulis*). ET QUI FACUNT ILLOS, ET QUI DILIGUNT (græcis, *τέλεια*, id est qui desiderant), ET QUI COLUNT, q. d. Iusta idolatria mala, immo pessima idola, amantissima poena est ipsa idolatria, quod scilicet in diis, hoc est in idolis mutis et brevis, immo diabolis, ideoque exstibitis et nocentissimas, spem suam ponant, utpote a quibus nihil boni sperare possint, sed omnime malum: idolatriarum, inquam, omnium, tam eorum qui eosdem amant et colunt, Vatabulus, *malorum amatores, talesque spes habere dignatum omnes, amatores, cultores*. Lucas Brugensis in *Natis* explicat, q. d. Maliti omnis uberrimum fontem amant et si qui faciunt idola, et si qui fieri colique desiderant, et si qui colunt, ac proinde digni sunt, qui vanas aliquas inanes spes in illis habeant. Noster vero a Castro sic, *malorum amatores*, hoc est capti amore studioque idolorum, et digni qui vanas in illis habeant spem, hi sunt, tam qui ea faciunt, quam qui desiderant, vel amant, vel colunt: omnia haec eosdem redeunt.

7. SED ET FIGULIS MOLLEM TERRAM PREMENS, LABORIOSAE FINGIT AD USUS NOSTROS UNQUOQUE VAS, ET DE EODEM LUTO FINGIT, QUE MUNDA SUNT IN USUM VAS, ET SIMILITER QUE HIC CONTRARIA: HORUM AUTEM VASORUM QVIS SIT USUS, JUDEX EST FIGULUS. —

Pendet hic versus a sequenti: « Et cum labore, » etc. Ostendit inanitatem et vilitatem idoli et vilitate materie et artificis, puta figuli, q. d. Videat, immo manus tangite quam idola stat vi la et lutea, immo merum lutum: in tibi figulus et eodem luto vasa facit alia munda et pulchra, v. g. patinas, quibus cibi inferantur in mensis; alia contraria, puta sordida et spurea, v. g. matulas ad excipiendum urinam, quod Paulus ait, Rom. x, 21: « Ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam; » atque hujus discretions et diversitatis iudex, moderator et arbitrus est figulus, qui judicat et eligit hanc luti partem ad formandam ea

ea potinas, illam vero ad formandas madulas, aliquae vasa ad alios usus, prout ipsi liberuit et visum fuerit: atque filigulus, ut subdit vers. 8, simil modo ex podere luto fingit idolum, judicatque et eligit ad hoc partem lutis, que ipsi aptior videtur. Ergo idolum si materiae species plane simile, imo idem est cum materia patinorum et matularum, quae vilissima est, puta lutum; sin artificie species, idem est filigulus, qui idolum, et qui matulum fingit; quam ergo vilis est filigulus et vite lutum, tam pariter vite est opus ejus, puta idolum ab eo plasmatum: quare recte Arnobius, lib. VI *Contra Gentes*, idololatras hoc argumento velut telo pungit et permit: «Quem est ergo ratio, inquit, ut si omnia haec corpora intacta atque insecta permanescerint, careant vi numeris atque auctoritate celesti, et a formis si accipiunt hominum, si auriculas, nasos, buccas, labia, oculos, clilia, continuo diu fiant, et in ordinem collum referantur et censum? Novitas aliquid proficit corporibus his addit, ut adjunctione ipsa cogamini, aliquid eis credere divinitatis maiestatisque collatum?» etc. Prae ceteris idolis aureis et serenis meministi *luteorum*, tum quia haec plurima erant, et a pauperibus passim praetatio comparabantur; tum quia luteorum vilissima est materia, sordidissima plasmatio, sordidissima artificie; qui tamen plenum in ea habet dominium et imperium, ut infra facilitate ex luto molli format et fingat illa ex forma et figura, quae ipsi libitum fuerit: quae omnia vilitatem summam idolorum coargunt; unde sub. it.

8. ET CUM LABOR VANO DEUM FINGIT DE RODER LUTO ILLI, QUI PAULO ANTE DE TERRA FACTUS FUEBAT, ET POST PUSILLUM REDUCIT SE, UNDE ACCEPTUS EST, REPESTIT ANIME DEBITUM QUAM HABEBAT, — q. d. Quae insania est luteum idolum a figura ex eodem luto, quo padinae et matulae sunt formatae, effectum censere esse Deum, cum et ipse filigulus sit homo mortalis ex simili luto et terra a Deo in Adamo protoplasto formatus et plasmatus, at mox in eandem terram moriens sit redditus, cum Deus animam, quam dedit, ab eo repetet: nec enim homo, qualis est filigulus, potest formare Deum, nec mortalis immortalem, ne luteus colestes: quia ratione enim filigulus status lutis a se plasmatis numen insipit, et divinitatem tribuat? Solerter Hugo advertit, justum congruendumque Dei iudicium et vindiciam, qua fit ut filigulus, et idololatra, qui de terra factus animam, id est ratione sequi noluit, quae Deum dictabat colendum, et propter quam similis erat ipsi, viliorum ipsi partem, nempe terrenum corpus auscultando, luteum quoque adorat, proprio corpori similiem Deum: idem mystice faciunt gulosi, luxuriosi, cœtrique peccatores. Pro labore vano, græco est *xxxviiij*; quod Osorius verit, *operarius laboriosus et impius*; ali, *mala laborans*; *Vatablus, pessime locans operam*.

• REDUCIT SE, — q. d. Figulus brevi moriens re-

dibit in terram, ex qua corpus ejus formatum est, et repetitus anima debitum, moriendo scilicet, seu e corpore discedendi: nempe cum Deus ab anima repetit debitum migrandi et corpore, et ad se redeundi, ut debitorum, id est culpnum commissarum, ac presertim idololatria et idolorum sae factorum, rationem exactam Deo vero reposcent reddit, q. d. Quam vanam et stultum est credere, quod filigulus fingat Deum, qui a Deo sum esse accipit, brevique illud Deo datori restituit, ac ratione illius bene vel male expensi reddet? Hinc moraliter dice animam et vitam non esse nostram, sed Dei, qui illius Dominus ejus usum duntaxat nobis concessit, canique quasi mutuo dedit, ut illa scilicet utamur ad bei voluntatem et laudem; quod si abutatur ad idolum quodammodo honoris, superbie, avaricia, aut luxuria nobis effingendum, acrem in iudicio a nobis rationem sui dati, vel potius multu respectu, ejusque abusum eternis ignibus puniet, juxta parabolam talensem, *Math. xxiv, 13*; tunc abutus audiet a Christo iudice illud, *Luc. xii, 20*: «Stulte, haec nocte animam tuam repetauerat a te: quae autem parasti, cuius erunt?» Deus ergo est creditor, homo debitor, debitur est anima ejusque culpe; mors est debitum naturae, gehenna est debitum culpe, quare qui peccat, fructum facit morti secundum, id est fructum gehennæ, ait S. Ambrosius *In Bon. cap. vii*: simil modo terra ab hominibus morientibus repetit debitum corporis ex se accepti, juxta illud, *Eccle. xii, 7*: «Reveratur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum, quem dedit illum: » vide ibi dicta. Hinc S. Ambrosius, lib. *De Bon. mort. cap. x*, probat anima immortalitatem: «Numquid dixit, inquit, moriar in te anima tua? non sed reponatur a te; quae data est, recipitur, vel repeatunt a te: repetitur enim anima, non interiorum. Quod repetitur, manet; quod interiorum, non manet. »

9. SED CURA EST ILLI, NON QDIA LABORATORUS *Vita & Est, nec QUONIAM BREVIS VITA IUSTA EST, sed CONCERTATUR AURIFICIBUS ET ARGENTARIIS: sed ET EARIOIS IMPITAT, ET GLORIAS PREFERT, QUONIAM RES SUPERVACUAS FINGIT.* — Prosequitur ostendere dementia filiguli, sive idoloplaste, q. d. Figulus fingens idolum luteum, nec labore curat, nec vite: nam non curat nec cogitat labore, qui ei magnus subeundus est, ut singula membra idoli, instar membrorum hominis distincte, perfecte et eleganter esformet. Rursum, non curat nec cogitat, quod ei brevis vita supererit, quae robus utilioribus et saluti eterno procurandæ erat impendenda, ut lucrum duntaxat spectat et honorem, ut audit: Ecce hic est insignis idoloplastes. Quare ambitione certat cum aurificibus, argenteriis et cerariis, ut æquo perficie, immo perfectius idola effingat ex luto, quam illi ex auro, argento et ære; contendit ergo in arte et forma etquare vel superare illos, esto in materia ab illis.

dem supereret. Juvenalis ridet *Egyptios*, quod alia et petros pro diis colerent, atque:

O sancte gentes, quibus haec nascuntur in hortis Numizzi!

Simili modo rideas idoloplastas, hisque dicas:

O sanctos pastos, qui lutes numina plasmat! O sanctas palmas, quæc condere numina fas est! O dios digitos, qui possunt fingere divas!

NON QDIA LABORATORUS EST. — Labor hic a variis varie accipitur, primo et genuine, pro eo quo filigulus operose laborat in formando idol, singulariisque ejus partibus et membris, hisque conservandis ne rumpantur vel frangantur, ut iam dixi. Secundo, quo laborat morbo, quem ex nimio plasmanti labore diurno et nocturno contrahit; unde Petrus Nannius hic: *Laboratorius, inquit, id est myrtoratus: xxiij*; enim vocantur *egri vel mortui*, q. d. Figulus intentus lacro, et glorie nimio labore se conficit, perdit et interimit. Tertio, quo laboravit in morte, cum repetat ab sua membris debitum, et in gehenna, ubi ardebit ob sua membra debitum, et que finxit: *ila Jansenius*.

